



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

Thomas <von Kempen>

Dvací, 1625

De præuia consideratione. XXVIII

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45790)

priæ voluntatis. Rarius ergo statuë tibi consilium tuum, & finiter non ponatur in animo, quod est incertum, an fiat vel fieri expediat; quia in rebus cunctis, finis inspiciendus est. Et quæ ad bonum finem dirigunt, laudem habent, non quæ in facie apparent: nam ignota sunt plerumque talia, quamvis probabilia fors videantur.

§. 28. *De prævia consideratione.*

IDcirco sapientes & eruditi viri, res quaslibet intuentur à longè, & longanimitate expectant: rimatæ tacitè, quis sit finis intenti operis; ne festinatio rem confundant, & præcipitio corruant. Prudentia namque regitur status sapientis; & actio eius uniuersa (si plena sit oculis) erit probatissima & stabilis. Ipsius est rerum causas, puta initium & finem debitum discernere; & quæ sint agenda, quæ etiam vitanda, semper præuidere, ne inconfusè fiant. Si quis indiget sapientia, postulet à Deo, & dabitur ei, si utilis ei esse possit & expediens: aliter illam desiderare non debet, quia damnabilem rem exoraret.

§. 29. *De differentia inter sapientiam & prudentiam.*

SApientia tamen cælestium rerum magis videtur esse, prudentia verò seu prudentia ad temporalia negotia congruentius spectat. Quia cælestia & æterna sapere potius iubemur, temporalia autem omnia in transitu habere docemur. Vnde licet conceditur vius necessarius bonis & sanctis viris pro ponendo viatico. Sed non in omnibus cernitur tantus diuinæ dilectionis radius, ut quod dignitate & elegantia mentis proponunt, hoc exercant audiūs. Norunt sancti, quod hæc imæ præsentata supernis sint abiectissima, nec precio laudis alicuius ducenda. Itaque quodammodo assimilantur caducis, qui caduca petunt; & priuantur gloria cælestium, qui satiantur temporalium. Quæ omnia prudens dispensator debet animaduertere; & ne terrestrium rerum distributione dispergatur nimium, bonis semper suum renovare cordis palatum studeat. Tantoque libenter (dum illi vacat) immoretur superis, quo magis constat, quod grauis est & periculosa omnis cura temporalis, quæ diuinis non relevatur sustentantis.

§. 30. *Quod necessaria est prudentia, habenti curas temporales.*

EGet quippe maiori prudentiæ luce, qui inter temporales curas, tanquam inter vitæ tenebras versatur; & illi bonum est, si tantummodo rebus mutuatus, non alligatus corde externa ministret. Laudabile satis, si in negotijs sancto non desit otio, si curis ad tempus pro fraterna causa intentus, nihilominus inueniatur meditatione æternorum & contemplatione suspensus. Qui

en
fin
con
rec
Ch
bil
mi
luc
pe
be
m
di
ia
g
su
P
P
ca
be
o
D